

Item dictus Nicolaus videtur ulterius protestari, quod scribet omnes supradictas protestaciones
60 principibus electoribus, vicinis communitatibus ac aliis etc. in finem, ut cunctis pateat nichil temere
atemptatum per clerum, sed semper hoc egisse et agere velle, quod cognoverit deo gratum, iuri et
rationi consentaneum etc. Dictus procurator . . . dicit, quod dictus Nicolaus est, qui huiusmodi litte-
ras seu protestaciones in vulgari ydolo suo predicto ad partes destinavit, qui deinde ad eiusdem di-
65 reccionem easdem misit per dyocesim Treuerensem et alibi, tam ad clericos quam laicos, et eosdem in-
duxit et sollicitavit ad inobedienciam et rebellionem sedis apostolice, et quod non servarent interdic-
tum auctoritate apostolica positum et divina officia prophanarent, et hoc, quod ipse scripsit, opere
complevit, et ubicumque dictos interdictos declinare contingeret, quod interdictum non servaretur.
Et quod ista per dictum Nicolaum et socios suos sint temere atte(m)ptata et quod propterea graviter
deberent puniri, hoc nullus discretus et ratione utens dubitat, quia, licet dictus Nicolaus in fine velit
70 colorare trufas suas asserendo, quod ipse et alii egisse et agere vellent, quidquid cognoverint deo
gratum, iuri et rationi consentaneum etc., et tamen non est deo gratum, quod ipse cum sociis suis
sustineant ydolum excommunicatum notorie et inobediens deo et Romano pontifici eius vero vicario.
Item nec est consonum iuri, quod sint inobedientes . . . Rabano archiepiscopo Treuerensi eorum vero
pastori et prelato. Item nec est rationi consentaneum, quod ipse et alii a tanto tempore sint . . .
75 interdicti et ultimo contra eos auxilium brachii secularis invocatum. Et si ipsi fecissent ea, que deo
essent grata ac iuri et rationi consentanea, ipsi et alii tyranni obedirent Romano pontifici et man-
datis sedis apostolice, ac obedirent pure et libere . . . Rabano . . ., et non essent scismatici et de heresi
suspecti, prout sunt . . .

Item ad aliud, quod asseritur, quod dominus Iohannes abbas monasterii sancti Mathie per dictum
80 Nicolaum fecit certam aliam protestacionem et proposicionem etc., dictus procurator . . . dicit, quod
istud nichil ad factum. Nam dictus dominus abbas obedit pure et libere . . . Rabano . . . et tunc fuit
sinistre inductus ad predicta faciendum per dictum Nicolaum. Ipse aut(em) dominus abbas cognos-
cens viam veritatis fecit realem obedienciam dicto domino archiepiscopo et peccit veniam de commis-
sis et non curavit adherere trufis et tirannie dicti Nicolai et ydoli sui. Item et dictus dominus abbas
85 non poterat facere dictam pretensam proposicionem nomine aliorum, quia ipse non erat procurator
cleri civitatis et dyocesis Treuerensis, et sic nichil ad factum . . .

Ex quibus constat notorie, quod predicta pretensa producta partis adverse non nocent dicto domi-
no archiepiscopo nec prosunt dicto Nicolao Cancrri et eius ydolo . . .

66 hoc: in hoc 84 tirannie: tirannia.

<nach 1433 Juni 5, vor 1433 Juli 15.>

Nr. 182

Procurator Rabans. Excepciones et replications gegen die Klage des Gemeinen Trierer Klerus.

Unreiner Entwurf: ROM, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 29^{rv}, f. 32^r, f. 34^r; Reinentwurf: a.a.O. f. 35^r–38^r.

Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 31 Nr. 53 und 168.

Zum Datum und zur wesentlichen Beteiligung des Procurators Fructus Monte, sowie zum Verhältnis beider Entwürfe s. Meuthen a.a.O. 31. Als Excepciones wenden sich die Ausführungen gegen die Gültigkeit der Mandate für die Procuratoren des Trierer Klerus Nr. 99 und Nr. 155, der zweiten Supplik und entsprechenden Kommission (Nr. 180 und Nr. 180 Anm. 1), sowie der Zitation Rabans (Meuthen a.a.O. Nr. 44). Als Replications beziehen sie sich auf die Exzeptionen Nr. 179. Der Adressat ist laut Z. 22 einer der zunächst eingesetzten Konzilsrichter (s. Vorbemerkung zu Nr. 177), wohl der Bischof von Novara. Im folgenden sind nur die Artikel berücksichtigt, gegen die sich dann die Duplikationen Nr. 183 ausdrücklich wenden, damit deren Sinn verständlich wird. Zum gesamten Inhalt vgl. im übrigen Meuthen a.a.O. 168.

Et ad declarandum evidencius invaliditatem huiusmodi pretensorum mandatorum excipiendi dicit contra eadem et presertim contra primum, quod idipsum pretensum mandatum de anno domini M^o quadringentesimo xxxi^o iuxta stilum civitatis Treuerensis computando et tertia die mensis ianuarii factum¹) per subsequens mandatum pretensum alias in actis presentis cause productum et
5 sub data anni millesimi quadringentesymi xxxii vicesimanona mensis decembris²) dudum fuit et est revocatum, cassatum et annullatum.

Item excipiendo dicit, quod constituentes pretensi in dicto asserto mandato nominati omnes et singuli vel saltem maior eorum pars dudum prefato reverendissimo patri domino Rabano archiepiscopo Treuerensi tamquam veri obedientes filii obediverunt³⁾ necnon et mandatis sedis apostolice pro prefato domino archiepiscopo emissis paruerunt. 10

Item et contra secundum pretensum mandatum dicit excipiendo, quod in eventum et casum, in quem et quos constaret seu constare posset alias de validudine et subsistencia dicti pretensi mandati, quod tamen non creditur, ex tenore tamen huiusdem non apparet assertos constitutos in eodem aliter quam super pretensa nullitate quorundam processuum coram vobis, r. p., comparere posse aut facultatem aliam habere. 15

Item dicit, quod fuit et est preter id et absque eo, quod dicti asserti constituentes in prescriptis omnibus et singulis pretensis mandatis nominati et descripti communem clerum tam civitatis quam diocesis Treuerensis . . . representarunt seu de presenti representant, pro quo tamen communi clero supradicta pretensa commissio dicitur vobis, r. p., fuisse et esse facta.

Item replicando contra pretensas excepciones partis adverse⁴⁾ et descendendo ad speciem et ad illud, quod pro parte adversa dicitur, quod pro parte cleri communis sit causa commissio super pretensa nullitate ac causa pretensarum appellacionum et quod, pater reverende, sitis subrogati etc., dictus procurator dicti domini archiepiscopi Treuerensis dicit, quod r. p. domino Ludowico non fuit, prout nec est, potestas aliqua attributa in vim commissionis generalis vobis facte, cum, quia prima pretensa commissio⁵⁾ fuit, prout est, subrepticia ac invalida et nulla et quia dictis primis iudicibus non fuit in vim ipsius potestas attributa, nec consequenter vobis fuit potestas attributa. . . 25

Item ad illud, quod pro parte adversa dicitur, quod dictus reverendissimus pater dominus Rabanus archiepiscopus constituit procuratores sub condicione, videlicet si et in quantum causa ipsa rite et legitime devoluta fuerit etc., sed ex isto passu clare liquet, quod dicti procuratores non habent potestatem etc.⁶⁾, replicatur, quod pars adversa dicit in hoc verum dumtaxat, quod causa non est legitime devoluta nec dictus dominus archiepiscopus potuit citari, et si causa, prout assertus procurator partis adverse asserit, non est legitime devoluta, p.v. non potest in huiusmodi causa procedere, et consequenter revocetur et annulletur per vos pretensa citacio de facto et contra ius ad partes decreta. 30

Item ad illud, quod pro parte adversa allegatur, quod dictus dominus archiepiscopus male sentit de auctoritate et potestate huius sacri concilii etc.⁷⁾, replicatur, quod dictus dominus archiepiscopus semper fuit et est fidelis christianus et catholicus prelatus, dicti autem adversarii debent tamquam heretici et scismatici iudicari, quia per annum et ultra fuerunt, prout sunt, notorie excommunicati ac aggravati et reaggravati ac fuerunt, prout sunt, rebelles et inobedientes mandatorum sedis apostolice atque Romane ecclesie et obediunt ydolo notorie intruso absque titulo, quem ipsi vocant dominum temporalem. Et sic reverencia allegantis salva: si tacuisset, philosophus fuisset. 40

1) Nr. 99.

2) Nr. 149.

3) Vgl. dazu Meuthen, Obödienz- und Absolutionslisten.

4) Nr. 179. Die folgend zitierte Stelle aus Nr. 179 ist in den oben gebotenen Auszügen nicht berücksichtigt.

5) Nr. 176.

6) S. Nr. 179 Z. 1ff.

7) In den Auszügen aus Nr. 179 nicht berücksichtigt.

<nach 1433 Juni 5, vor 1433 Juli 15.>

Nr. 183

Prokurator des Trierer Klerus (NvK). Duplicaciones gegen die von Rabans Seite <durch Fructus Monte> verfaßten Excepciones et replications.

Kop.: ROM, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 43^r-47^v.

Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 32 Nr. 54 und 168f.

Zum Datum s. Meuthen a.a.O. 32. Unter den Excepciones et replications ist die vorübergehende Nr. 182 zu verstehen. In den folgenden Quadruplikationen Nr. 184 erhalten die Duplicaciones den Titel: Triplicaciones partis adverse in huiusmodi caussa ultimo producte. Wie sich aus den Duplikationen ergibt, ging ihnen noch eine, bisher nicht ermittelte, Replica pro parte sua (nämlich des Trierer Klerus) contra pretensam excep-